Elogium Lugubre

IN EXEQUIAS

PRÆSTANTIS, GENERE DOCTRINA & SApientiâ eminentis Domini

CASPARI DRELINGII

SENATORII ORDINIS VIRI digniſsimi, adfinis ſui deſideratiſsimi.

ELoquar an ſileam? rupit mihi clauſtra pudoris,
Vnanimis junctæ, candor amicitiæ:
Hic monet arctus amor, ni me ſuperſtitio fallat
Mentemq́; advorſùm faſcinet illa meam.
Hîc, dolor ille jubet, mentis quoq́; prodere ſenſus
Nec livor vetat hoc conticuiſſe decus.
Mome, eſto ſandis verecunda licentia dictis,
Nec bilem moveat mens malè ſana nigram;
Hem PIETAS, PROBITAS ſimul ac Mens corpore ceſſit
Deſiit Arctois incoluiſſe plagis;
Cum his CHARITES, IVRIS benè Suada, receptâ
Aſtræâ, DREILING his comitatus obît.
Non obiit præiit, ſuperorum ad regna receſſit,
Conſociata animæ pars benè fida meæ.
Sufficit adflictæ Patriæ ſubiiſſe laborum
Tædia, tum varias deſuperaſſe vices.
Elyſios inter cœtus pro parte, tuetur
Nunc meliore, animis regna parata piis,
Dedecet ergo, animæ hanc exprobrare verendam
Vſuram ſortis: ceſſio ceſſa benè.
Plangere ſopitum mœſtûm æmula cura reſiſtat,
Quin Fatis præſtat jungere vota piis.

Deproperabat

JOHANNES SCHRADER.

Ex officina Typogr. Nicolai Mollini. Anno M.DC.XVIII.